

- et non rogare nec rogari facere statuarios comunis facere vel
 remove statuta ad suam libertatem vel pro ipso faciencia,
 nec laborare nec facere laborari per conscillium vel aren-
 gam de habendo liberum arbitrium. ¶ Et si per conscillium
 5 vel per arengam daretur sibi, non recipere. ¶ Et emendationi
 seu confetioni aliquorum statutorum non interesse. ¶ Et ca-
 pitulare secundum formam sacramenti ipsius legi facere in
 maiori conscillio in principio omnium trium mensium sue
 potestarie, et ea que capta et firmata fuerint per maiorem
 10 partem maioris conscillii bona fide suo posse executioni
 mandare, et eciam reformationes maioris conscillii factas et
 fiendas ante et post introitum sui regiminis. ¶ Et hec omnia
 supradicta attendere et observare, et non contrafacere, et si
 contrafactum fuerit, sit cassum et vanum ipso iure et nullius
 15 valoris. ¶ Et non dimittere aliquam personam arengare de
 dando sibi aliquod arbitrium // in parte vel in toto ultra formam 17 A
 statutorum, eciam sub pena quinquaginta libr. par. commit-
 tenda comuni contra illum qui arengaverit vel operam dederit
 de dicto arbitrio. ¶ Et non ponere vel poni facere in conscillio
 20 de faciendo aliqua dona per comune potestati nec alicui de
 familia sua. ¶ Et hoc capitulum observare, eciam sub pena
 centum libr. par., et nichilominus illa talis donatio sit cassa
 et vana et nullius valoris. ¶ Et stare ad dictum regimen
 Tergesti cum familia sua tota et equis totum tenpus¹⁾ sui
 25 regiminis, et expectare novum potestatem suum successorem,
 et non recedere a civitate Tergesti vel eius districtu de suo
 regimine ante terminum sue potestarie, excepto quam in
 exercitu generali, si iudicibus omnibus comuniter et con-
 corditer videbitur ut iret in exercitu; nec ponere nec poni
 30 facere in maiori conscillio de sibi dando licenciam exeundi
 extra districtum Tergesti, nisi causa premissa. ¶ Et si recede-
 ret de civitate Tergesti vel eius districtu de dicto suo regimine
 ante suum terminum, nichilominus habeat vel habere debeat
 de suo salario pro toto tempore sue potestarie. ¶ Et non petere
 35 gratiam recedendi vel eundi ad aliquam partem vel locum,

¹⁾ *tempore.*